

bilis sicut parochus religiosus.¹¹⁸ Et proprie tales casus habuimus in provincia SS. Redemptoris tempore dominii veneti, uti supra vidimus. Eadem praxis sub gubernio quoque austriaco continuata est. Tempore enim introductionis reformationum Josephinismi in scholis, in disciplina regulari ordinum cum destructione exemptionis regularis etiam ipsa provincia SS. Redemptoris propter diminutionem religiosorum quasi ad limitem interitus deducta fuit.¹¹⁹ Ideoque in tali necessitate positi superiores provinciae loco suorum religiosorum praesentabant presbyteros saeculares episcopo pro singulis paroeciis vel episcopi ipsi eosdem ad tales paroecias destinabant in mutua cointelligentia cum superioribus. Sic in libellis praesentationis quos guardiani quolibet anno episcopo exhibebant legimus simul cum Franciscanis et presbyteros saeculares ad singulas parochias propositos,¹²⁰ vel etiam notificationes ex parte episcoporum de u-

¹¹⁸ Pistocchi, De re beneficiis juxta canones, Taurini 1928, 103—104.

¹¹⁹ Zlatović, o. c. 408 scribit speciali Dei misericordia ab interitu praeservatam fuisse; idem affirmat coevus illius temporis P. Lulich in suo »Stato della dalmata francescana provincia de min. oss. del SS. Redentore«, Spalato 1857, 16: »E se la misericordia Divina, e la pietà del felicemente regnante F. Giuseppe I. Imperatore e Rè non concorreranno all' incremento della stessa, è da temersi che tra poco sparisca dalla terra, questa una volta florida, e tanto utile alla cristianità Francescana Provincia«.

¹²⁰ Vide in Arch. con. Zaostrog, libellos praesentationis de a. 1875, 1877, 1878, 1879... 1912, 1915, 1917, ubi inter alias regulares parochias etiam pro Opuzen, Komin et cappellaniam Rogotin, quas hodie administrant presbyteri saeculares, praesentantur episcopo pro confirmatione sacerdotes iidem, quique ab Ordinario visi et confirmati guardianis remittebantur; idem vide in Arch. con. Zivogošće pro parochiis Zasiok et Muć donji v. g. de anno 1894 et 1895 cum littera rescriptoria Vicarii Generalis Stephani Pavlović-Lučić: »Respective ad venerabile curiale rescriptum de die 8 Januarii a. c. N. 70 subscriptus honorificatur hic in allegato remittere isti adm. rev. cancellariae unum exemplar libelli praesentationis pro parochiis isti conventui incorporatis pro a. 1894, postquam necessaria approbatione provisos fuit«; item in Arch. con. Omiš pro parochia Ričice, v. g. libellum praesentationis de a. 1897 ab Ordinario approbatum; vel in Arch. con. Sinj pro parochiis Radošić, Ljubitovica, Tijarice, Voštane-Rože, Ruda, Bitelić, Strizirep, Vojnić, Trilj, Dimeo donje, Dimeo gonje, Koprivno, v. g. libellos praesentationis de a. 1891, 1893, 1903, 1904, 1905.